

Quæ effieciabant: vt lege Falcidia legata numerentur, atque ideo plus petiſſe videretur petitor quam dodrantem.

6 *Leges Falcidia legata minuebantur.* Sequitur. *Leges Falcidia legata ipſo iure minuuntur. l. 1. D. quod legat. & l. penult. C. ad leg. Falc.* Hoc eſt, ſi teſtator plus dodrantem legarit, Lex Falcidia id quod dodrantem exuperat, vi ſua, & ſine vllō iudicio delegatis detrahit, hæredique attribuit, quod ni faceret, cum legatū integrū legatarius peteret, aut exceptione vti hæredē oporteret, aut eum in integram ſummam damnari.

ARGVMENTVM.

Pluris petitiō re tempore, loco & cauſa fieri dicitur rei que ac temporis exempla proferuntur.

Plus autē quatuor modis petitur: re, tempore, loco & cauſa. Re: veluti ſi quis pro decem aureis, qui ei debebatur, viginti petierit: aut ſi is, cuius ex parte res eſt, totam eam, vel maiore ex parte ſuam eſſe intenderit: Tempore veluti ſi quis ante diem, vel ante conditionem petierit. Qua enim ratione qui tardius ſoluit, quam ſoluere debere minus ſoluere intelligitur: eadem ratione qui præmature petiit, plus petere videtur.

SVMARIA.

- 1 Plus petitur quatuor modis: & ſinguli exponuntur, & num. 2. & 3.
- 4 Ante conditionis euentum, nihil debetur.
- 5 Agentes male, cauſa cadunt.
- 6 Tardius qui ſoluit, minus ſoluit.
- 7 Contrariorum contraria ſunt conſequentia.
- 8 Bis dat qui cito dat.

Re, tempore, loco. Enunt. j. Pluris petitiō in re, ¶ tempore, loco, & cauſa verſatur, aut enim res alia petitur quam qua debetur, aut eadem, ſed alio vel tempore, vel loco, vel modo.

- 1 *Re veluti ſi quis.* Seq. ij. Qui ¶ maiorē vel ſummam pecunia, vel partem rei quam quæ ſibi debetur, petit, re plus petere dicitur.
- 2 *Tempore veluti ſi quis.* Seq. ij. Qui ante ¶ diem aut conditionis euentum petit, tempore plus petere intelligitur. Nam (vt ait Vlpianus in l. 1. D. de edendo) dies ſolutionis, ſicuti ſumma, pars eſt obligationis. Itaque quod in diem debetur, recte ante ſolui poteſt, licet peti non poteſt: vt ait Venuleius in l. cōtinuus, 1. 37. §. 1. D. de verb. oblig. Diei nanque adiectio pro reo eſt, non pro ſtipulatore: vt ſcribit Vlp. in l. eum qui, 41. §. 1. D. eod. Ad hanc autē ſimiliter ſpecie pertinet obligatio, quæ temporis alternatione continet: veluti, Calend. Ianuarii aut Februariis dare ſpondes poſt annū, vel biennium? qui enim Calend. Ianuarii petet, aut ante biennium, tempore plus petere dicitur: quoniam in diſtincta tēporis, minus eſt in obligatione. ſi ita ſtipulatus fuero x. aut xv. 1. & 2. D. de verb. oblig. Sed quod de conditione hoc loco luſt. ſcribit, nimirū vt qui ante cōditionis euentū petit, plus petere videatur, dubitationē quandam cōplectitur: Conſtat enim ibi demū plus eſſe

T. de action.

4 vbi minus eſt: vbi autem minus eſt, ibi plus dici non poſſe. At qui ſic ſe res habet, vt ante ¶ conditionis euentū luſit conſultū nihil deberi ſcribant ſed tātum ſpecie eſſe debitū iri. §. ex cōditionali. ſuprà de verb. obli. 2. l. gregre. 1. 3. §. pen. D. de pig. Quod cū ita ſit, dubitari poteſt, quomodo is qui ante cōditionis euentū petit, plus petat, ac proinde cauſa cadat. Sed videamus ne hoc modo reſpōderi poſſit. Aut enim exiſtit conditio, aut non. Si non exiſtat, nō plus quidem petierit, ſed quia temerē & ſine cauſa, & quod ſibi non debebatur, petit, iurē meritōque damnatus eſt. Sin autē exiſtat conditio, negari non poteſt, quin habita futuri temporis ratione, ccepta iam eſſet deberi pecunia. Ac proinde plus quodammodō propter eūctus certitudinem petat. Denique hoc quidem non eſt dubium, quin cum ius illud quo conſtitutum eſt, ¶ vt ij qui male egerint, cauſa cadant, non minus ligandi temeritatem, quam pluris petitionem coerceat: etiam in hoc caſu actores ob ipſam temeritatem coercedi ſunt.

Qui tardius ſoluit. Seq. iij. Qui tardius quam debuerat ſoluit, minus ſoluere intelligitur. l. vt ſi cui, 1. 2. D. de verb. obli. Vbi Vlpianus ſic ſcribit, 6 Minus ſoluit, ¶ qui tardius ſoluit: nam & tēpore minus ſoluitur. Item l. ſolidū, 8. §. D. de ſolut. Vbi Calliſtratus ait, Solidū nō ſolui, nō minus quantitate, quā die, qua tamen verba non ita liquidā & apertam ſententiam habent. Nam aut NON MAGIS, aut DIE QVAM QVANTITATE, legendum alieui videri poſſet.

Qui præmature petit. Seq. v. Si minus in tēpore cadit, etiā plus cadere intelligitur. Nam (vt Cicero ſcribit) Contrariorum ¶ contraria ſunt conſequentia. Conſtat autem eum qui tardius ſoluit, minus ſoluere: quoniam emolumentum intermedium temporis admittit creditor. Sequitur ergo, vt qui celerius ſoluit, plus ſoluit: que madmodū veteri prouerbio dicitur, ¶ Bis dat qui cito dat: & qui celerius petit, plus petat: quoniam reliqui temporis fructū debitorem priuat.

ARGVMENTVM.

Qui quod certo loco dari ſtipulatus eſt, alio purē petit, plus loco petit: arbitraria igitur agere debet. l. prima, & paſſ. D. quod cert. loc.

Loco plus petitur: veluti cum quis id, quod certo loco ſibi dari ſtipulatus eſt, alio loco petit, ſine commemoratione illius loci, in quo ſibi dari ſtipulatus eſt. Verbi gratia, ſi quis ita ſtipulatus fuerit, EPHESI DARE SPONDES? Roma pure intendit ſibi dari oportere. Ideo autē plus petere intelligitur: quia vtilitatem, quam haberet promiſſor, ſi Epheſi ſolueret, admittit e purā intentione. Propter quam cauſam alio loco petiti arbitraria actio proponitur: in qua ſcilicet ratio habetur vtilitatis, quæ promiſſori competitura fuſſet, ſi illo loco ſolueret, quo ſe ſolueretur ſpondit. Quæ vtilitas plerumque in mercibus maxima inuenitur: veluti vino, oleo, frumento: qua per ſingulas regiones diuerſa habent præcia. Sed & pecunia numerata, non in omnibus regionibus, ſub eſſe ſam uſuris ſeneratur. Si quis temere Epheſi petat, id eſt, eo loco petat, quo vti ſibi dicitur, ſtipulatus eſt: pura actione recte agit. Idque etiam Prætor monſtrat, ſcilicet quia vtilitas ſoluendi ſalua eſt promiſſori.